BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES ANCIENNES DU XVIIIE SIÈCLE

2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	[3 nov.]1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)	Théologie	[13 fév.]1662	II 154 ;et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II 155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II 156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II 159
LE DOULX (Florent)	Théologie	[8] mai 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	[5 septembre] 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)	Théologie	[10 jan.1662]	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II 171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II 174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René)	Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	[29] sept.1667	II 177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	[7 juin]1669	II 178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II 179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II 184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II 185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II 190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean)	Théologie	[11]avr.1663	II 192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II 195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II 200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	[8]août 1660	II 203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II 204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II 206,et II 206bis
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II 208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	[16]août1671	II 212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II 213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	[16]avr.1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean)	Théologie	[14 nov]1669	II 216
NOÜET (Anne)	Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELART (Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II 225
PICQUES (Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis)	Philosophie	1erJuil.1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II 230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean)	Théologie	[23 fév]1662	II 232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II 233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II 234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II 235
POREE DU PARCQ (René)	Philosophie	28 juil.1661	II 236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II 237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II 238
PURCELL (John)	Philosophie	4 juin 1666	II 239,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II 240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNARD (Julien)	Théologie	[30]août1664	II 243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	[11]oct.1655	II 244
ROBERT (Jean)	Droit canon	[30]déc.1665	II 245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II 246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	1er fév.1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	[4]janv.1670	II 253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II 254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	[23]fév.1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	1er fév.1662	II 259,et II 259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II 261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	[3]févr.1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II 264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II 265
VALBELLE (Louis-Alphonse de)	Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II 267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de)	Théologie	[31]déc.1664	II 269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II 270

--ooOoo--

1158445551

Quis eſt Deus? Ioan. 4. *Quis eſt Homo?* Pſal. 24. *Quis eſt Chriſtus?* Ioan. vltimo.

CHRISTVS verus eſt Deus, verus eſt homo, ſiue Deus-homo, & homo-Deus. *Chriſtus* vt Deus, verus eſt æterni Patris Filius, non ex nihilo factus, ſed de ſubſtantiâ illius ab æterno genitus; non voluntate, nec neceſſitate, ſed naturâ procedens; non adoptiuus, qualis eſt homo, ſed naturalis: In æternitate, ſua generatione, Patri coæternus; in Deitate, ſua proceſſione, ſimilis, in magnitudine & potentiâ coæqualis, vera eiuſdem Imago perfectiſſima: Non informe, quale noſtrum eſſe ſolet, ſed perfectè formatum Verbum, ab eodem Patre prolatum; extra dicentem non exiens, ſed in dicente manens, tam ſecundùm originem, quàm ſecundùm acceptam Deitatem, & Filiationis oppoſitam relationem; Verbum ita plenum, vt creatorem ſimul & creaturam dicat, cum reſpectu ad Diuinitatem: Dei creatoris, & Deitatis ſit tantùm expreſſiuum, creaturarum autem etiam ſit operatiuum. Vnum per ſe neceſſariò Spiritus-Sancti cum Patre ſpirante Principium. Is propriè *Chriſtus eſt*, vt Deus eſt; ſed ſecundùm appropriationem Sacri Doctores varium dicunt. Speciem ſiue pulchritudinem eum dicit S. Hilarius, vt ſic pulchra, ſic ſpecioſa ſint per ipſum, quæ pulchra, ſeu ſpecioſa nobis eſſe videntur. Nunc æqualitatem vocat S. Aug. vt omnia ſint æqualia propter ipſum, ſicut ſunt & vnum propter Patrem, & connexa propter Spiritum-Sanctum. Nunc ſapientiam idem S. Doctor, vt per conformitatem ad ipſum ſapientes ſint, quicumque ſapientes ſunt, vel Angeli, vel homines. Nunc eundem idem Doctor S. dicit eſſe, per quem omnia jam facta ſunt, vel fiunt, aut fient in futurum; vt intantum eſſe, vel vera dicantur, quæ ſuo modo in aliqua temporis differentia exiſtunt, inquantum imitantur ipſum, ſicut formam & exemplar, ad cuius ſimilitudinem ſuo tempore producuntur.

CHRISTVS vt homo, verus eſt ſacratiſſimæ Virginis Mariæ Filius, ex puriſſimis illius ſanguinibus in Ciuitate Nazareth virtute Spiritus-Sancti conceptus, & ex ipſa in Bethlehem natus. Filius Ioſeph, & Filius hominis communiter dictus, ſed ſpeciali quodam modo Filius etiam Abrahæ, & Filius Dauid ſecundùm carnem nuncupatus. De ſtirpe quidem Adæ ſic originem duxit, peccatum tamen originis ex illo nullatenus traxit. Verùm ab inſtanti conceptionis ſuæ & *gratia plenus, & veritatis* effulſit. Ex plenitudine Sanctificantis gratiæ, & omnium perfectionem virtutum, & omnium habuit abundantiam donorum. Ex plenitudine veritatis, omnia, quæ homo per ſcientiam acquiſitam, Angelus per infuſam, Beati per glorioſam ſcire poſſint, etiam ipſe nouit, perfectiùs, & abundantiùs. Habitualis fuit infuſæ cognitio: habitualis fuit etiam infuſæ gratiæ plenitudo. Duplex etiam in *Chriſto* homine voluntas fuit: rationis, & ſenſualitatis; ſed huius ad rationem nulla contrarietas, illius ad Deum omnimoda conformitas. Voluntatis rationis multiplex operatio ſecundùm numerum, vna ſecundùm ſpeciem tantùm. Per illam ſibi & nobis multa mereri potuit, & meruit; reſpectu propriæ executionis voluntatis omnipotens homo extitit, reſpectu proprij corporis, aut creaturarum immutationis non extitit. Nec minùs ratione humanitatis ſuæ vera creatura dici poteſt, quàm Deo Patri verè ſubiectus, & verus ſeruus; verus apud eundem pro nobis *Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech*: vera pro nobis in expiationem peccatorum oblata hoſtia; verus mediator, redemptor, & ſaluator noſter, caput noſtrum, & caput Angelorum: viator, & comprehenſor; vt viator, mortalis vixit, paſſus eſt, & mortuus, & ſepultus ad inferos deſcendit.

CHRISTVS vt Deus-homo, vnus eſt in Deitate & humanitate ſubſiſtens. Vnus, ac ſimpliciſſimus ratione ſuppoſiti diuini, non quidem Dei Patris, aut Dei Spiritus-Sancti, qui humanitatem noſtram haud aſſumpſerunt, etſi aſſumere potuiſſent: ſed ipſius Dei Verbi, quod, & conuenientiùs eam aſſumpſit. Compoſitus ex parte vtriuſque naturæ; diuinæ ſc. in qua ſubſiſtebat ab æterno, & humanæ in qua ſubſiſtit ex tempore, per vnionem perſonalem, quâ maior eſſe non poteſt. Sic *Chriſtus* cum duplici habitudine vnum tantùm habuit eſſe perſonale. Sic duas vnius ac eiuſdem *Chriſti* confitemur natiuitates; vnam ex Deo Patre verè æternam, aliam ex Virgine Matre verè temporalem; vnam Filiationem æternam, propter vnum Filiationis ſubiectum; duas propter dualitatem natiuitatum. Sic duas agnoſcimus in ipſo voluntates: Diuinam & humanam; duas pariter operationes naturales; vnam Diuinitatis, aliam humanitatis. Sic duplicem fatemur ſcientiam: Increatam, quâ Deum comprehendit, & creatam, quâ comprehendere non potuit; nec acquiſitâ, quam habuit cum hominibus adhuc viatoribus, nec infuſâ, quam habuit cum Angelis, nec etiam glorioſâ, quam habuit cum Beatis. Sic duplicem in eodem credimus beatitudinem: vnam per actum intellectus diuini infinitum, aliam per actum intellectus humani, ſed finitum, & creatum. Sic duplicem agnoſcimus poteſtatem; vnam reſpectu omnium, aliam reſpectu aliquorum tantùm. Sic eundem ex duplici cauſa, vnâ ſolùm adoratione veneramur. Sicut autem in multis *Ieſus-Chriſtus* vt verus Deus: & in multis, vt verus homo: Sic, vt Deus-homo, in Reſurrectione, & Aſcenſione ſua, nobis apparuit; & tandem in extremo, ac tremendo judicio, *cum maieſtate magna* judicandis apparebit. *Is eſt Chriſtus.*

HOMO per naturam eſt ſimilis Deo per modum imaginis, ſiue imperfecta exemplaris ſui intelligentis Dei & maximè liberi ſimilitudo, & imago. Vel, & potiùs *ad imaginem, & ſimilitudinem* eius de nihilo quantùm ad animam *factus, de limo terræ* quantùm ad corpus efformatus; vt tamen ſimilitudinem imaginis cum ſuperioribus Angelis gerat in anima, ſimilitudinem tantùm veſtigij cum cæteris inferioribus ſibi creaturis ferat in corpore. Illam primò gerit in anima ſecundùm mentem, memoriam, & voluntatem; quia verè potens eſt ad intelligendum, & amandum Deum, ex quo per creationem factus eſt rationalis & intellectiuus, liber & per ſe poteſtatiuus. Deinde præſertim ſecundùm habitus, quibus ad intelligentiam fit magis diſpoſitus, ad amorem magis eſt accenſus. Sed maximè ſecundùm eos actus, quibus & verbum aliquod ex notitia ipſius Dei format, & ex verbo ſic formato verum, etſi imperfectum, concipit amorem erga Deum; vnde nedum imago Dei quilibet homo dici poteſt quantùm ad naturam Diuinam, quam imitatur; verùm etiam quantùm ad Trinitatem perſonarum, quarum manifeſtat originem. Sic omnibus modis præſtat corporeis ſubſtantijs: Sic quodammodò præſtat & Angelis. Sic ex participatione legis æternæ, quaſi ſui-ipſius conſtitutus eſt legiſlator. Num enim ex immutabili lege naturali ſtatim intelligit, & ſibi conſcius eſt, quid ſit bonum ad proſequendum, quid ſit malum ad vitandum? Num ex ipſa, ſuæ diligit incolumitatem vitæ, communicationem deſiderat ſui, cognitionem optat Dei, & rectam, & ciuilem ambit conuerſationem? Num ex ipſa, habet omnium ſemina virtutum, moralium per inclinationem, intellectualium quantùm ad ſubſtantiam?

HOMO per gratiam *diuinæ conſors effectus naturæ*, ad cognitionem vſque Dei & amorem præ omnibus pertingens, omnibus dotatus infuſis virtutibus, cunctis repletus Spiritus-Sancti donis cæleſtibus, & duodecim cumulatus fructibus. In hoc conſortio creatus fuit primus, non minùs ac Angelus, cùm primò conditus. In illo tam fœlici ſtatu conſummationem forſan meruit gratiæ protoparens Adamus, ſicut in ipſa ſui creatione ſuam beatitudinem meruit Angelus: in eodem perſeuerare potuit ille, ſicut & iſte; nec ille, nec iſte perſeuerauit. Peccatum quo dejectus eſt ille, veniale non fuit, nec tale primum eſſe potuit; ſicut nec veniale fuit, nec eſſe potuit illud, quod Angelum ſuperando dejecit. Per ſuperbiam & inuidiam primò cecidit Angelus, cùm diuinæ poteſtatis appetiit ſimilitudinem, non æqualitatem. Per ſuperbiam deinde cecidit Adamus, cùm ad cognitionem boni & mali, diuinam nimis affectauit ſcientiam. Cadere non potuit ſuperbiæ ſpiritus, cùm primò formaretur per gratiam; ita nec cadere potuit ſpiritus hominis, cùm primùm illuſtraretur per eam. Per ſimplicem informationem habuit illam Adamus, ſicut & Angelus: Per juſtificationem tantùm conſequitur recreatus Adæ Filius, cùm regeneratur in Baptiſmo, vel ſanatur in Pœnitentiæ Sacramento. Si per peccatum Adam eam non amiſiſſet, neque his, nec alijs Sacramentis indiguiſſet. Qui per Baptiſmum eam eſt conſequutus, ad conuerſionem in Deum tenetur, cùm primùm ad vſum rationis peruenerit. Sic per eam Deo gratus, vt per vſum mereatur, & augmentum virtutum, & vitam æternam; etſi nunquam mereri poſſit perſeuerantiam.

HOMO per gloriam verè deiformis, & ex deiformitate perfectè beatus, ſecundùm animam, & ſecundùm corpus. Deiformitatis ac beatitudinis animæ argumenta ſunt, tres ſupernaturales illius dotes, viſio, comprehenſio, & fruitio: ſicut enim Deo perfectè non fruitur homo, niſi clarè videat; nec ſic videt, niſi præſentem teneat: Ita nec præſentem ſuſcipit ad videndum, quin priùs eleuetur per gratiam, ipſo videlicet diuino lumine, quo ſeipſum nouit Deus, & alia. Ipſâ deinde clarâ Dei viſione fidei remouetur obſcuritas, comprehenſione completur ſpei poſſibilitas, fruitione tandem perficitur ipſa viæ charitas; Ita tamen, vt per ipſum viſionis actum, non fruitionis, fiat homo Beatus, & tantò ſit fœlicior, quantò perfectiùs videt Dei Eſſentiam; tantò verò perfectiùs videat, & tantò plura per eandem, ſine ſpecie, quantò majus fuerit lumen infuſum, ſub quo intuetur eam. Sic impræntermiſsè contemplatur Deum, ſic continuè Deo perfruitur, ſic in operatione eidem conformis; vt nunquam ab illius voluntate, vel minimùm recedat; quin etiam & lætetur, cùm viderit de malis vindictam. Beatitudinis corporis ſigna ſunt, quatuor illius proprietates, & perfectiones; impaſſibilitas, ſubtilitas, agilitas, & claritas, quas Apoſtolus ſub his verbis enumerat, 1. Corinth. c. 15. *Seminatur corpus in corruptione, ſurget in incorruptione: Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute: Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale: Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria*, quæ tantò major erit in corpore, quantò major fuerit gloria animæ, ex qua redundat in corpus. Accedunt in ornamentum deiformis hominis, aureolæ, quibus decoratur Virgo, Doctor, & Martyr. *Is eſt Homo.*

DEVS autem *eſt ſpiritus*. Summâ cum ſimplicitate perfectus, & maximè vnus; in perfectione verè infinitus, & ex ipſa ſummè bonus: Cum infinitate ſolus immutabilis, & immenſus; ex immutabilitate verò ſolus æternus. Is *eſt Deus* ſecundùm ſubſtantiam. Quantùm ad operationem immanentem, ſupremus intelligens, & primus ex intelligentia volens, ſive primum mouens, & regula omnium indeficiens, & ſolus omnium prouiſor vniuerſalis. Secundùm tranſeuntem, ſolus omnipotens, & ex poteſtate, cùm placuerit, ſuæ conſilia voluntatis exequens. Ea namque Dei eſt intelligentia, vt ſeipſum per ſeipſum, & alia in ſeipſo, ſimul, & omnia perfectè comprehendat: comprehenſio ſui ſpeculatiua tantùm ſit, aliorum etiam & practica: Idæam ſui nullam habeat, tot aliorum, quot modis vult ſuam participari bonitatem. Prima & ſumma veritas omnium; ſicque perfectiſſimè viuens, vt in ipſo vita fuerint, quæ huc vſque facta ſunt, vel fient aliquando. Ea Dei voluntas, vt ſeipſum neceſſariò velit vt finem omnium, alia liberè, ſed ad finem. Nulla ſit ipſius cauſa, ſed ipſa omnium; bonorum ſemper, malorum nunquam: Verè amet quæcumque ſunt, magis, quæ meliora. Ea Dei prouidentia, vt omnibus immediatè prouideat, & prouidendo gubernet. Ea Dei potentia, vt ex poſſibilibus abſolutè, nihil ipſi ſit impoſſibile; Imò ſit ipſe ſua potentia, ſua voluntas, & ſua cognitio: ſicque in contemplatione, & fruitione ſui beatus per eſſentiam: Nec minùs rerum omnium finis vltimus, quàm primum & vnum efficiens earum principium. *Is eſt Deus* quantùm ad eſſentiæ vnitatem. Hæc eſt Doctrina Theologorum.

DEVS etiam eſt Trinus & Vnus. Vnus in Eſſentia, Trinus in Perſonis; Vna trium Perſonarum Eſſentia, Vnius Eſſentiæ tres Perſonæ, ſecundùm Eſſentiâ ſimiles, ſecundùm magnitudinem & potentiam coæquales, ſecundùm durationem coæternæ, & ſecundùm vnius ex alia originem, vel potiùs ſecundùm relationes originis inter ſe diſtinctæ; Pater, Filius, & Spiritus-S. Pater eſt, qui generat Filium, & per Filium ſpirat Spiritum-S. Filius, qui procedit à Patre per intellectum, & cum Patre per eandem ſpiratiuam virtutem ſpirat Spiritum-Sanctum. Spiritus-S. qui procedit ab vtroque per voluntatem. Sic ſolus Pater ſecundùm proprietatem perſonalem Ingenitus, & totius Deitatis Principium. Sic ſolus Filius, Verbum Patris, & Imago perfectiſſima. Sic Solus Spiritus-S. Donum, & Amor. Sic alius Pater, alius Filius, alius Spiritus S. Alia quoque proceſſio Verbi, alia proceſſio Amoris. Illa tantùm propriè generatio, hæc ſpiratio, nuncupari poteſt. Vnus tantùm Pater, vnus Filius, & vnus Spiritus-S. Imò tres vnus Deus; vt nec alius, nec alia in Deitate Perſona eſſe poſſit. Sicque Vnitatem in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate veneramur, ac credimus; cùm nec eam per rationem naturalem demonſtrare valeamus, etſi quibuſdam per attributionem ad Perſonas manifeſtemus eſſentialibus attributis; æternitate Patrem, vnitate, potentiâ, & hujuſmodi. Specie Filium, æqualitate, Sapientiâ, & ſimilibus: Vſu verò Spiritum-S. vnitatis & æqualitatis concordiâ, bonitate, & alijs ejuſdem generis perfectionibus. Hic eſt ordo originis in diuinis. *Is eſt Deus*, quantùm ad diſtinctionem perſonarum. Hæc eſt profeſſio Fidelium.

QVÆ verò ſit Beatorum de Deo ſententia, quis vnquam audiuit? Norunt ex creaturis naturæ lumine cum Philoſophis etiam Theologi, *Quis ſit Deus*, quantùm ad Vnitatem Eſſentiæ; Norunt & lumine fidei veri Chriſtiani, *Quis ſit*, quantùm ad diſtinctionem Perſonarum; ex notitia nominarunt, nominando dixerunt, *Quis ſit*, vt author naturæ: *Quis ſit*, vt author gratiæ. Theologi Spiritum dixerunt omninò ſimplicem, maximè Vnum, & hujuſmodi, ſecundùm habitudinem ad naturam creatam: Trinum, & Vnum confitentur Fideles, & hujuſmodi: Norunt eundem Deum omnes Beati ſub lumine gloriæ, *Quis ſit* in Eſſentia ſua, ſiue quæ ſit eius natura, quid ſit conſtitutiuum ipſius Dei vſque ad vltimam differentiam, quâ diſtinguitur ab omnibus creaturis: Nec tamen ſermonem proferunt, aut vocem aliquam exteriorem, quâ nobis manifeſtent, *Quis ſit Deus* per Eſſentiam. Nec mirum certè, cùm nec internum etiam efforment de Deo Verbum. Si quod efforment, inadæquatum ſanè, nec niſi hoc, vel illud Diuinum exprimunt. Plus equidem vident omnes ac ſinguli Beatorum, quàm vllus, vel omnes ſimul dicere poſſint, quocumque verbo creato. Interiori fortaſſis conceptu dicunt: Deus eſt ipſa veritas eſſentialis, quâ perficitur vltimò intellectus noſter; ipſa bonitas eſſentialis, in qua perfectè quieſcit animus. Vidiſſe creduntur Eſſentiam Dei Paulus, & Moyſes, nec vnquam eos dixiſſe legitur, *Quid ſit Deus*. Ad Pharaonem Patriarcha miſſus dixit: *Qui eſt, miſit me ad vos.* Apoſtolus autem ad Corinthios ſcribens, ait audiuiſſe ſe *arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Audiatur ergo loquentis Dei vox tremenda: *Ego ſum qui ſum*; & ſciemus, *Quis ſit Deus.*

Has Theſes, Deo duce, Chriſto benè propitio, & auſpice Deipara Maria, tueri conabitur Fr. BERNARDVS LEGRAS, *Prædicator Auſcitanus, & Theologicæ Facultatis Pariſienſis Baccalaureus, die 29. Nouembris, Anno Dom. 1657. à ſextâ ad ſextam.*

IN SORBONA.

PRO VLTIMA SORBONICA QVÆ EST FF. PRÆDICATORVM.